existens per se ultro a sponte ex(?) confessum recognovit Quia Nobili Fieyldko(?)
Stasiowicz Komarniczky et eius successoribus summam Triginta florenorum
pecuniae monetae currentis polonicalis debiti certi ac mutuatae pecuniae tenetur
Quamquidem summam secum successoribus in bonis suis haereditariis omnibus in-
scribit Eidem Creditori suo vel eius posteris hinc pro die et festo
Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturo circa officium et acta
publica plenarie ac in effectu dare solvere reponere relinquere non
expedienter nequaquam quovis modo arrestare sub vadiis similibus summae
triginta florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis in defectu solutionis
summae eiusdem essentialis ad solvendum succumbendo ac in summam essentialem
duplici debitum nimirum Sexaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis
convertendo Quod vadium cum summa essentiali in eadem(?) in bonis eisdem reco-
gnoscendo omnibus haereditariis extendetur Praeterea se cum successoribus in bo-
nis suis haereditariis omnibus praedicto Creditori suo ac posteris illius in-
scribit Praesentem inscriptionem ex his actis castrensibus ad acta terrestria Premislien(sia)
ante decursum unius anni transportare sub vadio Triginta flo-
renorum pecuniae monetae currentis polonicalis Pro quaquidem summa essentiali
cum vadio eundem(?) cum vadio ob non transportationem praesentis inscriptionis
succumbendo sub quibus idem debitor cum successoribus suis Eidem Creditori
suo vel eius posteris citare permiserit sub recedendo a suo proprio
foro Coram officio praesenti castrensi Premisliensi in primo citationis termino
tanquam peremptorio iuri parere ac pro rationibus omnibus et inscriptioni
praesenti sub quibus opus fuerit satisfacere cum successoribus suis Terminum
ipsum primum peremptorium ac aliis consequentibus Nullis modis collo-
quiis Motionibus appositis exceptionibus prescriptionibus suspensionibus
pecuniis treumol tertium marcarum dilationem adquittationem vel
simplici infirmitatibus successorum minorennitate ac legalibus quibusvis
impedimentis differendo et evadendo seque secum successoribus praemissis aliisque
omnibus iuris remediis abrenuncians suorum successorum sub amissione

totius causae Nulla in praemissis praescriptione obstante.

Actum in castro Premislien(si)

feria secunda ante festum Nativitatis Gloriosissimae Virgi-
nis Mariae proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo
Quinto Coram Generoso Joanne Thoma Drohoiowski a Drohoiow
Capitaneo Premisliensi et actis praesentibus. 2/IX.

Lininski inscribit se Kalnochwoiski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premislien(sibus)
Nobilis Dmitr Fiedorowicz Przyslawowicz Lininskij recedendo
a suo proprio foro praesenti vero iurisdictioni se cum successoribus
ac bonis suis omnibus haereditariis quoad infrascripta attinet incorporan(s)
Sanus mente et corpore existens publice ultro ac per expressum reco-
gnovit Quia se cum successoribus in bonis suis haereditariis omnibus inscribit
et obligat Nobili ac Religioso Iwan Kalnochwoiskij Sacerdoti
ritus graeci villae Baczina vel eius successoribus Sex Modios
vulgo pulmiarkow siliginis bene expurgatae Mensurae Samborien(sis)
atque Vaccam quae pretio duarum marcarum polonicalium aestimaretur
hinc in duabus septimanis proxime venturis in villa Linina
daturum et traditurum sub vadio decem florenorum pecuniae
monetae polonicalis in casu non completi omnium praemissorum ad solvendum succumben(do)
Nihilominus eandem inscriptionem ex his actis castrensibus ad acta terrestria
Premislien(sia) ante decursum unius anni transportaturum se cum suis
posteris in bonis suis haereditariis omnibus inscribit sub vadio similiter spe-
cialis decem florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis Pro quibus
quidem vadiis seu vadio sic tunc quantum se idem recognoscendo
successoribus suis Eidem Iwan Kalnochwoiskij vel eius posteris
citare permiserit Et tunc recedendo a suo proprio foro Coram officio

presenti in primo citationis termino vadium praedictum sibi solvere cogi de-
buto sit in eadem tam bonis suis feudo subit facere Commissionis dilationes
evasionis praescriptionis sub poena trium vel tertium marcarum Maiestati
appellationibus a cetero prosequutionibus abrenunciando et sub recteius
posteri tenebuntur sub amissione totius causae Nullam in praemissis ob-
praescriptione obstante

Kalnofoiska quietat fratre

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Pre-
misliensibus Nobilis Fedka filia nobilis olim Fiedor Przisliak
Lininsky relicta vero coniunx nobilis olim Hrehko Kalnofoysky
recedendo a suo proprio foro praesenti vero iurisditioni se cum
successoribus ac bonis suis quoad infrascripta attinet incorporando
mente et corpore sana publice ultro ac per expressum recognovit
Quod a processu iudiciario per se cum Nobili Dmitr Lininsky fra-
tre suo germano ac eius aliis omnibus occasione ex divisionibus sibi
competentis bonorum omnium paternorum et maternorum seu ra-
tione dotationis sui de eisdem in dotem praemissorum
in quocumque gradu et puncto iuris dependentibus pluribusque exinde
emergentibus Iam ex nunc et omnino eadem et sufficientem sibi per eum
pro praemissis omnibus quantum pro eius interesse attinet satis-
factionem obtentam recedit tundensque cum omnibus Conditionibus
punctis clausulis et articulis cassat annihilat mortificat
obliterat et in aeternis temporibus, Atque quantum pro interesse
praedicti Dmitr Lininsky bonis paternis et maternis mobilibus
et immobilibus ipsam ratione dotis post olim parentibus iure di-
vino et naturali concernentibus ... in manus praedi-
cti Dmitr fratris sui et eius successorum renunciat Salvatam
cum Nobili ac Religioso Hrehko popo in villa Jawora Fe-

suo germano et eorumque praemissorum facultate agendi reservata Quam
quidem recognitionem ex actis suis castrensibus ad acta terrestria praemissorum
ante decursum unius anni transportaturam se et successoribus suis post
in bonis suis omnibus eidem Dmitr Lininsky ac posteris illius inscri-
bit sub vadio Quindecem Marcarum pecuniae numeratae in terris praedictis
Pro quoquidem vadio sic et toquantum se eadem recognoscens
cum successoribus suis praedicto Dmitr Lininsky vel eius successoribus cita-
re permiserit Et tunc recedendo a suo proprio foro Coram officio
praesenti Castrensi Premisliensi in primo citationis termino tamquam peremptorio
parere iuri paratus vadium praedictum ab officio non recedendo sol-
vere eoque soluto praesenti recognitioni satisfacere cum successoribus tenebitur
Terminum ipsum primum peremptorium a talibus consequendum Nullis
modis collusionibus Motionibus appellationibus evasionibus praescriptionem
Sub poena trium vel tertium marcarum dilatione ac quo-
libus quibusvis impedimentis deferendo et tenendo se omnibus ...
omnibus iuris remediis abrenunciando suo et suorum successorum
sub amissione totius causae Nullam in praemissis obstante praescriptione obstante

Kleska recedit a processu
Judiciario Blazowskim intentato

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premi-
sliensi Nobilis Jacobus Ordoha Kleska recedendo a foro suo
proprio praesenti vero iurisditioni se cum successoribus ac bonis suis
quoad infrascripta attinet incorporando sanus mente et corpore
et publice ultro ac per expressum recognovit Quia nomine
Laboriosorum Fiedor Wasylowicz et Polaska coniugum atque
Kunasz filii ipsius subditorum de villa Blazow Nobilis Mathaei
Ordoha Kleska patris sui pro eorundem subditorum paren-
tibusque sui occisione infrascriptorum ratihabitione cavendo sese